ſti.ꝛ iu.de h̄ vide.s̄.electio.§.xvi.
¶ Sed qđ ſi nō ꝯueniūt due ꝑtes.R. Pa.i.d. 13
c.cū oēs.opi.canoniſtarꝝ ē.ꝙ ſi eſt aliqs ad quē
ſpectat ꝯuocatio vniuerſitatꝭ ꝛ ad mādatum
ei9 nolūt ꝯuenire:ꝙ tūc pn̄t explicare q ꝯuene/
rūt.lꝫ nō ſit maioꝛ ꝑs collegij.h̄ voluit Inno.
i.c.i.de ma.ꝛ obe.ꝛ in.d.c.ij.q2 nolentes venire
faciūt ſe alienos:vt in.c.cū nobis.de elect.ꝛ ſic
nō cōputant̄.Si vero nō eſt aliqs ad quē ſpe/
ctat offm̄ ꝯuocādi:tūc ſi inſtat tp̄s termini ꝑfi
xi vniuerſitati ad act9 expeditionē minoꝛ pars
pōt ꝯuocare maioꝛē:ꝛ nolenteꝫ venire pōt ex/
plicare:q2 minoꝛ ꝑs non dꝫ ꝑuari iure ſuo ꝓpt̄
negligētiā vel ꝯtēptū maioꝛis ꝑtis:vt no.in.c
in cauſis.de elec.ꝛ i.d.c.cū nobis.Si aūt tmi/
n9 nō eſt ꝑfixus tūc oꝫ ſint due ꝑtes. ꝛ monet̄
tertiā ꝑtē:alˀs tertia ꝑs poterit agere de ꝯtem
ptu:vt ꝓbat̄.in.d.c.ij.ꝛ.c.in cauſis.ꝛ.d.l. noia/
tionū.Et h̄ tene.lꝫ legiſte alˀr dicāt.
¶ Quō ſtatutū dꝫ interꝑtari.R. Pa.i.c.cū di/ 14
lectus.de ꝯſue.ꝙ vt euitet̄ coꝛrectio legis ſeu
iurꝭ cōis dꝫ latiſſime vel ſtrictiſſime iterꝑtari:
ſicut electio capit̄ ꝑ ꝯfirmatiōe i.d.c.cū dilect9
nō tn̄ talˀr ꝙ vba ip2oprient̄ vt iuri cōi ꝯueni
ant.Facit qđ no.Bar.in.l.q̄rta.§.p2etoꝛ ait.ff.
de dā.ifec.Qđ limito qn̄ verba ſunt clara:ſed
vbi verba ſunt dubia vel hn̄t multiplices itel
lect9.tūc debem9 facere iterꝑtationē ꝛ itellectū
ēt ip2opriū vt minus recedam9 a iure cōi q̄ꝫ fi
eri pōt. vt no.in.d.c.cū dilect9.ꝛ in.l.ij.C.de no
xa.vide ꝑ Bar.in.d.l.oēs populi.ita tn̄ ꝙ aliqđ

operet̃ ⁊ aliqd addat ad ius cõe:et qñ eſt ſm
ius cõe:ſm Pa. ⁊ doc. in.c.ex pte. de v.ſi. Fa/
cit.c.ſi papa. d̃ puil. vbi verba debẽt aliqd ope
rari. Vñ dicit Bar.in.d.§.p̃toꝛ.ꝙ ſi ſtatuto ca
uet̃ ꝙ iudex põt ꝓcedere facta citatõe ad faciẽ
vel domũ non dꝫ alternatiua iꝑpriari: vt ſit
oꝛdis:lꝫ p hãc iꝑpriationẽ ſtatutũ ꝯcoꝛdaret
cũ iure cõi:ſed dꝫ itelligi ꝓprie: vt ſufficiat im
pleri alterã ptẽ alternatiue: vt aliquid operet̃.
dicit tñ Bar.in.l.iiij.§.p̃toꝛ ait.ff.de dã.infec.
ꝙ ſi ſtatuto cauet̃: vt citatio fiat ad pſonã ſi re
periri poteſt ꝙ pro nullo ſeruit:ſed tunc dicas
plus timeri ſolet ꝙ ſpãliter cauetur ꝗꝫ ꝙ ge/
neraliter.

15 ¶ Sed nũqd dꝫ ſtricte interpꝛetari qñ genera
liter loqt̃ vt alius lucret̃. R. ꝙ non. ar.l. ꝓſpe/
rit.ff.q ⁊ a quibus. ſed vbi agit̃ de diminutõe
patrimonij: ſic dꝫ ſtricte interpꝛetari ne alius
iniuſte incurrat damnum. vt plene no. in.d.l.
omnes populi. ⁊ videt̃ tex.in.d.c.cũ dilectus. ⁊
in.d.l.ij.C.de nora. ⁊ Pa.in.c.ꝯſtitutus.de re/
ſti.in ite. hoc ſeqt̃ Bar.in.l.ſancimus.C.i qbuſ
ca.in ĩte.reſti.nõ eſt ne.

16 ¶ Vtrũ verificet̃ i caſu ficto. R. Pa.in.c.cuꝫ
dilectus.de cle.non reſi. ꝙ ſi ſtatutũ loqtur ⁊
diſponit in materia iuris cõis. in qua caſus fi
ctus equipat̃ vero: vtputa in caſu in quo non
reſidens habet̃ ꝑ reſidente. vt in.d.c.cũ dilect⁹
ſic verificat̃ qꝛ ꝯſtitutio diſponẽs regulariter
id qd̃ ius debet recipere omnes limitatiões iu
ris. Facit.d.c.cũ dilectus. ⁊ clarius.c.ad audiẽ/
tiã ibidẽ. Si vero ſtatutũ eſſet contra ius vel
pꝛeter ⁊ odioſum: tũc nõ verificat̃ in caſu ficto
ſed verba debẽt intelligi ꝓprie.i.in ſuo ꝓprio
ſignificato: ⁊ ſic intellige.l.iij.§.hec v̾ba.ff. d̃
neg.ge. ⁊.c.i noſtra.de iureiuran. Et facit qd̃
no. Bar.in.d.l.omnes populi. Facit.l.ij.C.de
nora. ⁊.c.ex parte.de v̾.ſig. facit qd̃ dicit Lu/
do.de ro.in ſuis no.ꝙ argumẽtũ a ꝯ̃rio ſenſu
valet in ſtatutis: niſi queraẗ vt quis incidat in
penã: qꝛ tũc non vꝫ.l.conuenticulã.C.de epi. ⁊
cle. habes glo.in cle.i.in v̾.facere.de vſu. h̃ li/
mitat Ge.in.c.vt circa.de elec.li.vi. Verũ qñ
ſtatutũ non redderet̃ illuſoꝛiũ ſi nõ recedatur
a ꝓꝑia ſignificatiõe verboꝝ: ſed qñ redderet̃ il
luſoꝛiũ tũc eſt recedẽdũ. ar.l.ſi quãdo.in pn.ff.
de le.i. ⁊ qd̃ no.in.c.ad audiẽtiã.de deci. ⁊ tunc
indeffinita equpollet vniuerſali. vt vult Bar.
in.d.l.omnes populi.

17 ¶ Qñ debet itelligi ſtatutũ ſeu ꝯſtitutio: qñ
ꝑtim ẽ fauoꝛabilis ⁊ ꝑtim odioſa: puta qꝛ ipo
nit penã. R. Jo.an. vr̃ ſibi ꝯ̃rius.in.c.ex reſcri
pto.de loca. ⁊ in.c.ſciãt cũcti. ⁊ in.c.fi.de elect.
li.vi. Sed ego ꝯcoꝛdo ſic.ꝙ qñ principale itẽtũ
ꝯſtituẽtis eſt pꝛebere fauoꝛem: tũc dicat̃ fauo/
rabile ſi odiũ tũc dicat̃ odioſum. Ita cõit̃ no.
legiſte.i.l.q exceptionẽ.ff.de ꝯdi.ide. ⁊ ibi glo.
Si v̾o ignoꝛat̃ pncipale itentũ diſponẽtis: tũc
dico ꝙ qten⁹ ꝯtinet fauoꝛẽ dꝫ extẽdi: qten⁹ v̾o
ꝯtinet penã dꝫ reſtrĩgi: ⁊ h̃ vr̃ fuiſſe de mente
Bal.in mltis locis. Et facit ad h̃ qd̃ dixi.s̃.ex/
cõicatio.v.caſu.vi.§.iij.

¶ Vtꝝ ſtatuarij deputati a pplo poſſint iterp̃ 18
tari ſtatuta p ſe edita: ſi oꝛiat̃ aliqd̃ dubiuꝫ. R.
Pa.in.c.ex pte.de v̾.ſig. Jo.an.in.d.c. ⁊ cõiter
legiſte. ⁊ Bar.in.l.oẽs ppl̃i. ꝓdicta ꝯcludũt ꝙ
nõ. ex q̊ functi ſunt officio ſuo. Nec ob.ꝙ eius
eſt interp̃tari cuius eſt ꝯdere: qꝛ in v̾itare illi
nõ ꝯdiderũt: ſed ppl̃s q dedit auctoꝛitatẽ: qꝛ is
facit cuius auc̃te fit.c.ſi diligẽti.de p̾ſcri. ⁊ iõ
dꝫ recurri ad ppl̃m ſeu cõciliũ generale. h̃ limi
tat Pa. vbi.s̃. qñ interp̃tatio eſt valde dubia.
Sec⁹ ſi eſt clara ⁊ iuri ꝯſona: qꝛ tũc iudex coꝛaꝫ
q̊ vertit̃ queſtio poterit interp̃tari ſicut ⁊ legẽ
cõem ⁊ p̾uilegiũ pꝛicipis: vt no. Inn.in.c.cum
ſpãli.de appel. ⁊ Bart.in.d.l.oẽs ppl̃i. facit.l.
benignus.ff.de legi. ⁊.l.fi.ff.de ꝯſti.pn. ⁊.l.vni/
ca.C.de ꝓſeq.in vꝛ.cõſtã.

¶ Quãtum durat ſtatutum: vtrũ poſt moꝛtẽ 19
ſtatuẽtis. R. Pa.in.c.a nobis.el.i.de ſen.excõ.
ꝙ ſic. niſi exp̃ſſe reuocet̃: vt ẽ tex.in.c.fi.de offi.
le. Vnde ſm Fede.ꝯſilio.xvi.ẽt ſtatutuꝫ factũ
a capitulo ſede vacãte durat creato nouo ep̃o
niſi reuocet̃ per ep̃ꝫ creatũ: qd̃ pꝫ ar.no.ne p̃la.
vices ſu.c.vlti.

¶ Quãdo ligat ſtatutũ. R. ꝙ ſtatim habita no 20
ticia. de q̃ dic vt.s̃.lex.§.xij. ⁊.xiij.

¶ Quomodo tollitur ſtatutum. R. ꝙ tollitur 21
per vnum actum factum collegialiter a ſtatu/
entibus vel eoꝛum ſucceſſoꝛibus ꝯ̃ ſtatutum
ſm Ho. ⁊ Jo.an.in.c.ad audientiam.de cle.nõ
reſi. ⁊ Pa.in.c.cum acceſſiſſent.de conſti. nec
reqritur fluxus tpis ſm Pa.in.d.c.ad audien
tiã. ⁊ in d.c.cũ acceſſiſſent. ⁊ i.c.ꝓ illoꝝ.de p̃bẽ.

¶ Vtrũ ſtatutũ qd̃ ꝯcedit priuilegiũ nõ ſubdi 22
to ſeu extraneo poſſit reuocari. puta ſtatuto ca
uet̃ ꝙ qcũqꝫ venerit ad habitãdum i tali terri
toꝛio ſit exẽptus ab oi collecta. R. Pa.in.c.no
uit.de iudi.ꝙ nõ quo ad illos q iã venerunt: qꝛ
tranſiuit iã in quaſi ꝯ̃ctuꝫ quo etiã pꝛiceps ob
ligat̃. vt in.c.i.de ꝓba. Et h̃ voluit Bar. exp̃ſ/
ſe in.l.quod ſemel.ff.de decre.ab oꝛ.fa. ⁊ in.d.

l.oēs ppl'i. Intellige niſi ipſi ꝯſentiāt. Quo vero ad illos q nōdū venerūt pōt reuocari: ex q̄ res ē itegra.ar.l.ſi pecuniā.i prin.ff.de ꝯdi.ob cāz. Et h̄ verū qñ generalit̄ fit. Sec⁹ ſi ſpālit̄ fuiſſʒ ꝯceſſum: qꝛ reuocari nō poſſet. fac qd diſputata p Ang. i q̄ determinat nō poſſe reuocari ſtatutū q̄ diſponebat̄ vt ptās hr̄et quartā ptē ꝯdēnatōis poſtq̄ ptās ē elect⁹ ꝛ ꝯſenſit electioni. Idē dic de p̄uilegio ꝯceſſo nō ſubdito: ꝛ p h̄ infert Bar.in.l.priuilegia.C.de ſa. ſan. ec. ꝙ laici q ſtatuerūt ſingul' ānis dādā certā q̄ntitatē p el'yna clericis vel religioſis nō poterunt reuocare.allegat.c.ad apoſtolicā.de ſimo. hoc ſeq̄t Inn.i.d.c.nouit.ꝛ Archi.xi.q.i.quicq̄ ſup gl.fac qd no. Gemi.i.c.lʒ.de ꝯſti.li.vi.

23 ¶ Quid ſi ſtatutū ē factū ad cōmodū ſubditorū. R. Gemi.in.c.lʒ.de ꝯſti.li.vi.ꝙ aut ſubditi ꝯſentiunt reuocatōi: ꝛ pōt reuocari: aut ſinguli nō ꝯſentiunt: ſed reuocant̄ p maiores regentes cōitatē: ꝛ tūc ſi fit ex cā legitima ſic pōt reuocari ſm vnū caſum. Inno.in.c.in nr̄a.de iniur̄. maxime qñ ſtatutum diſponebat ſuper eo: ſup q̄ ciuitas nō erat obligata: vt ibi declarat Inn. Aut fit ſine cā legitima: ꝛ ſic nō valet reuocatio i preiudiciū minorū iur̄ no.p Inno. in.c.q̄ i eccleſiarū.de ꝯſti. Hoc limito verū qñ ſtatutum diſponit de cōmodo ſubditorū circa bona eorū. Sec⁹ ſi ꝯcerneret circa exercitium iuriſditōis: qꝛ tūc pōt reuocare: qꝛ ſupior eſt q hʒ admiſtrare. Ita ſentit Archi.i.d.c.lʒ.

24 ¶ Utrū ſtatutū iuratū tollat̄ p clauſulā nō obſtātib⁹ q̄buſcūq̄ ꝯſtōibus ꝛ ſtatutis. R. gl.i.c. cū nō deceat.d̄ elec.li.vi.ꝙ nō.ꝛ idē dicit Lud. de ro.in ſuis no.ꝙ ꝯuētio vel pactū iuratum nō tollit̄ per generalem clauſulā: nō obſtātibus q̄buſcūq̄ pactis.glo.eſt in cle. dudum.§. pe.de ſepul.

25 ¶ Utrū ſtatuentes poſſint recedere a ſtatuto ꝯfirmato p ſupiorē vel ſedē apoſtolicam ſine alia lnia. R. Pa.in.d.c.cū acceſſiſſent.ꝛ Bar.i d.l.oēs ppl'i.tʒ ꝙ ſic. Sed Bal.in.l.omnium.C de teſta.tʒ ꝙ non. Sed Pa.ꝯcordat ꝙ aut ſtatutū ꝯcernit pricipalr̄ fauorē ſtatuētium: ꝛ ſic ē vera opīo Bar. Facit.c.p illorū.de p̄bē. ēt ſi ſtatutū ꝯtineat talē materiā ꝙ nō valuiſſet ſine ſupiore. vt idē Pa.no.in.c.cum.M. de cōſti. Si vero ꝯcernit fauorē aliorū vel bonuʒ publicū ſic vera eſt opīo Bal.ꝙ nō p̄nt ſine lnia ſupioris. Nō qꝛ ꝯfirmādo videt̄ ſuperior ſuā diſpōnē facere. Nā oīa noſtra facimus q̄bus auctoritatē ipartimur.c.ſi aplice.de p̄ben.li.vj ꝛ.l.i.C.de vete.iur.enucle.

**STipulatio** Quid ſit. habes ſ̄.pactū.in prin.

¶ Utrū ſtipulatio trāſeat ad heredes. R. ꝙ ſic.l.veteris.C.de ꝯben.ꝛ cō.ſti.qd intellige verū ſm glo.ibidē qñ pōt per alium ipleri factum promiſſum. 1

¶ Utrū aliqs poſſit alteri ſtipulari p altero. R. ꝙ non: niſi ſit ei⁹ ſuus vel filius.iſti.de inti.ſtipu.§.ſi qs alij.vel ſi procurator.l. ſi procuratori p̄ntis.ff.de V.ob.glo.tū tʒ i.c.quotiēs.el.i.i.q. vij.ꝙ de iure canonico promittens titio ſe daturū ſempronio centum obligat̄.ar.c. iuramēti xxij.q.v.maxime ſi interuenit iuramētum.ar.l. i.ff.de ꝯſti.pecu. Itē per iudices: officiales: executores: tabelliones: alteri acquirit̄.l.cū p quo ff.de in ius vo. 2

¶ Quō dʒ eſſe actus ſtipulātis ꝛ cōpromittētis. R. ꝙ ꝯtinu⁹: qꝛ ſi p⁹ interrogationē ſe diuertit ad alia nihil ꝓderit: lʒ eodē die ꝓmiſiſſet.l. ꝯtinuus.ff.de V.ob. 3

¶ Obligatio ſtipulata ſine ꝯditōe neq̄ ad certū diē p̄nti dic debet̄: ſed nō pōt peti illo die q̄ ſtipulata eſt.inſti.de V.ob.§.oīs ſtipulatio. ꝛ §.cū qs. No.ꝙ non valet ſtipulatio vel legatū factū i genere de aliq̄ re nulla demōſtrata.ff. d̄ iur.do.l.cū p⁹ diuortium. Sʒ de legato dic vt ſ̄.legatum.i.§.xxxiiij. 4

**STola** quō dʒ vti ſacerdos qñ cōicat ꝛ legit euāgeliū ꝛ diaconus hēs.ſ̄.ſacerdos.§.iiij.

**STudium** clericorū ꝛ religioſorū. vide.ſ̄.mgr̄.ꝛ ſ̄.ſcia.ꝛ quō ſtudiū liberaliū artium ad vtilitatē eccl'e ſuadeat̄ habes.xxxvij.di.de quibuſdā.i poetis ꝓhibet̄ ibidē p totū. Itē in theologia cōmēdat̄ in legib⁹ ꝛ phiſica reprobat̄.d̄ quibus vide.ſ̄.magiſter ꝛ ſcia.

**STultitia** dr̄ a ſtupore. vnde fʒ Iſid.xi.ethim. Stultus eſt qui pp ſtuporem non mouet̄: ꝛ differt a fatuitate fʒ eūdem: qꝛ ſtultitia importat hebetudineʒ mentis. Fatuitas autem iportat ipſius ſenſus priuationē. vide d̄ h.ſ̄.hebetudo. Et tunc ſtultitia eſt peccatum qñ aduenit eo ꝙ homo imergit ſe taliter in terrenis ꝙ non poteſt percipere q̄ dei ſunt.al's non.cōcor. Tho.xxij.q.xlvi.

**STultus** ē q non vult diſcere a q̄cūq̄ licite pōt.xxij. di.de conſtātinopolitana.

**Stuprum** ē inordinatus cō/
cubitus q̄ virgia/
lis integritas corrūpit vel ſtuprū ē illici
ta defloratio virginū ſub parētū cura exñtiū.
i ¶ Utrū ſtuprās virginem teneat ad aliqd.R.
Pa.in.c.i.de adul.ꝙ ſi ſeduxit vel decepit eā:
tenet eā dotare ⁊ vltra dotationē eā accipere i
vxorē ſi pr̄ voluerit eā ſibi dare.vt i.d.c.i.⁊.ij.
eo.ti.⁊ ſi nō vult eā accipere dꝫ corporalit̄ pu/
niri.Vñ ſola ꝯſtitutio dotis non liberat eū ſꝫ
eūdē.Pa.ſi pntes volunt eā ſibi dare ꝙ ſi no/
lunt ſaltē ad dotationē tenet ēt in ꝯſcia:niſi ſꝫ
Rod.cōponeret cum ea vel ſibi remitteret:qđ
no.o ꝯfeſſor pp illos q ſub deceptiōe accipien/
di i vxorē puellas decipiunt:q2 tales ex q̊ acce/
perunt eas vel ꝓmiſerūt accipe in vxores:⁊ ſic
habuerunt copulā:ꝙ tenēt de neceſſitate eas
accipere:lꝫ tunc habuerit aīum ipſas decipien
di ⁊ hūdi copulā ꝙ ſi ꝯxerunt cū alia matrimo
niū:vel pr̄ nō vult eā dare ſaltē tenent ad do/
tē:niſi ſm Tho.eſſet tāta ieq̄litas:ꝙ poti⁹ deci
pi ſe finxit q̄ꝫ ſit decepta.Nec aliꝰ pōt abſolui
añq̄ꝫ ꝯhat cum alia:ſi pntes volunt eā ſibi da/
re niſi vere eā accipiat i vxorē:⁊ faciat dotē ni
ſi ipſa dotē ſibi remiſerit.h ex Alex.xxij.tracta
tu de ſtupro.⁊ Ri.⁊ Sco.in.iiij.di.xv. Scđm
leges vero dꝫ relegari:⁊ dimidia ps bonoꝝ ei⁹
publicari.Si vo ſit vilis perſona dꝫ vberari
iſti.de publi.iudi.§.ij.Si āt per vim fecerit ca
pite plectit.inſti.vbi.ſ̄.§.ſin.autem.
2 ¶ Quid ſi nō ſeduxit eā:ſed ſpōte acqeuit.R.
pa.i.d.c.i.tꝫ ꝙ hꝫ ēt locū diſpoſitio p̄fati.c.q2 ſi
nō eſſent hōis iſidie tātū facin⁹ nō ꝑpetraſſet
vt dič tex.i.l.vnica.C.de raptu virginū.Vñ p̄
ſumit ſeducta.Sed ego credo veꝝ in foro ꝯtē
tioſo.Sed i ꝯſcia ſufficit ꝙ q̄rat eā i bono ſta
tu reducere q̄ꝫtuꝫ i ipō ē.Facit regula ſcienti.
Et qđ ibi no.de reg.iu.li.vi.Et ſi ꝯxit an pr̄ te
neat eā dotare.vide.ſ̄.dos.§.iiij.

**Suasio** quō obligat i dāno da
to.vide.ſ̄.furtum.§.xv
iij.⁊.xix.

**Subarratio** vide.ſ̄.ſpōſa
lia.§.vij.⁊.ſ̄.
arra.

**Subdelegare** non pōt
delegat⁹
p̄ncipis ēt deputatus ad nudū miſteri
um qñ ē magnuꝫ ⁊ graue:ſic iudicare ⁊ ſilia fa
cere.Sec⁹ qñ eſt paꝝ q2 pōt.c.ꝙ āt.de iurepa/
tro.⁊ magnū ſeu graue ⁊ ꝑuū arbitrio iudicis
relinqtur.c.fi.de do.⁊ ꝯtu.
¶ Utrū ille cui cōmittit p̄dicare crucē:excōi/ 1
care vel abſoluere aliq̊s vel diſpēſare cū irre/
gularib⁹ vel iniūgere pnias poſſit ſubdelegare
alteri.R.ꝙ nō.niſi ſit legat⁹ a latere.vt in.c.fi.
de offi.dele.Silr̄ vbicūqꝫ cōmittit alicui vt il
lud pſonalr̄ exeq̄tur:ſubdelegare non pōt.Et
vbi i cōmiſſiōe videt electa iduſtria pſone vt i
d.c.fi.Et de h vide.ſ̄.delegat⁹.§.vi.

**Subditus** dr̄ triplr̄.Prio
rōne domicilij.
Scđo rōne originis ꝓprie vel prīnc.ar.
c.iij.de tē.ordi.li.vi.Et i.l.i.⁊ i.l.origie.C.d mu
nici.⁊ ori.li.x.Facit.l.aſſumptio.⁊ qđ ibi no.ff
ad muni.⁊.l.reſcripto.§.fi.ff.de mu.⁊ ho.⁊ tal̄
tenet ad onera perſonalia ſi ibi repiat:lꝫ alibi
trāſtulerit domiciliū.de q̊ p Bar.in.d.l.aſſum
ptio.Fallit in muliere q̄ ꝯxit cū viro hñte aliū
domiciliū.de q̊ in.l.fi.§.itē reſcripſerunt.ff.ad
munici.Tertio rōne delicti ſed large:vt dicit
gl.in.c.nup.de ſen.exc.nō āt ꝓprie:lꝫ ibi ſortia
tur foꝝ.no.gl.i cle.vnica.de fo.cōpe.qđ no.ꝓ
ſtatutis ⁊ alijs diſpoſitōib⁹ odioſis facientib⁹
mētionē de ſubditis vt nō cōprehendat foren
ſis delinquens i territorio.Idē dic de ꝯhenti/
bus eadē rōne.no.Pa.in.d.c.nup.⁊ in.c.pro/
poſuiſti.de fo.cōpe.
¶ Utꝝ ſubdit⁹ ratione domicilij cui iudex p̄/ 1
cepit ſub pena excōicationis late ſnie vt ſatiſ/
faceret tali die alicui trāſferens domiciliuꝫ ſit
excōicatus:ſi poſtea nō ſatiſfacit.R.Pa.in.d
c.ꝓpoſuiſti.cū Jo.an.in regula.cū ſunt ꝑtiuꝫ.
de reg.iur.lib.vi.ꝙ ſic.q2 iā preuentus erat:⁊
vide ibi late per eos.

**Subdiaconus** iō ap/
pellat:
q2 ſubiacet ⁊ p̄cept ⁊ officijs leuitaꝝ:
oblatōes leuit deſert.xxi.di.cleros.Itē ad ſub
diaconū ꝑtiet calicē ⁊ patenā ad altare xp̄i de
ferre ⁊ leuitis tradere ⁊ eis miniſtrare vrceolū
cū aq̄ ⁊ manuſtergiū corā ep̄o ⁊ p̄ſbyter ⁊ le
uit tenē:⁊ ꝓ lauādis manib⁹ ante altare aquā
prebere.xxv.di.perlectis.
¶ Utrum teneat ad caſtitatem.R.ꝙ ſic.xxxij. i
di.in ſcđa.

**Subornatio** ſm Laur.⁊
Zenç.vt re/
fert Car.i cle.teſtibus.de teſti.ē de aliq̄
falſo exp̄mēdo ⁊ vo tacēdo i teſtionio teſti ꝑ
aliquē facta iformatio.⁊ dr̄ ſubornare q̄ſi ſub
tus i aures aliqđ malū ornare ⁊ ſub colore po

nē.vt ī aut.de teſti.§.q: v̄o.vñ talr̄ peccat mor
talr̄:⁊ tenet̄ ad reſtōnē leſo.de iniur.c.fi.

SUbſanatio differt a deri
ſione q: deri
ſio fit ore.i. v̄bo cachino. ſubſanatio
āt fit naſo rugato:vt dicit gl.ſup illud pš.Do
min⁹ in celo deridebit eos:ſed ꝯuenit cū ea ī fi
ne q: vterq; erubeſcētiā ītēdit ꝓximi. Quō āt
ſit pcm̄ mortale:dic ſʒ q· deriſio ē.vt.š. deriſio

SUbſtitutio ē ſcd̄aria ꝯdi
tiōalis īſtitu
tio. Nā ſubſtitutio cōtinet ī ſe inſtitu
tionē.⁊ iō īſtitut⁹ dr̄ ꝑmus gradus ēt ſi multi
fuerit īſtituti. Et ſubſtitutio.ſcd̄s gradus ⁊ eſt
cū qs inſtituit heredē ſic:talis eſto mihi heres
⁊ ſi nō eris vel deceſſeris titium ſubſtituo iſte
titius dr̄ ſubſtitutus.l.i.ff.de vul.⁊ pu. ſubſti.
1 ¶ Quot ſūt ſpēs ſubſtitutionum.R.q· dupli
ces alia īdirecta.alia directa. Indirecta ſubſti
tutio:ſiue obliqua:ſiue fideicōmiſſoria ſiue ꝑ
caria ē illa ꝑ quā qs capit hereditatē ꝑ here
dē mediāte:vt cū teſtator fideicōmiſerit.A.he
redi vt hereditatē.P.reſtituat.lʒ ergo ꝑ fidei
cōmiſſum.P.ſit ſubſtitutus. A.dʒ hereditatē
adire ⁊ aditā.P.reſtituere.⁊ ſic.A.mediāte ⁊
opāte ꝑuenit hereditas ad.P.Et no. q· ſi.A
adiuerit ſpōte hereditatē retinebit quartā tre
bellianicā ⁊ reliquas tres partes hereditatꝭ re
ſtituet.P.Si v̄o iudicis officio cōpulſus adi
erit totā hereditatē reſtituet.P.inſti.de fidei
cō.here.§.in primis.⁊.ff.ad trebel.l.nam qd̄.§.
q compulſus.
2 ¶ Directa v̄o ſubſtitutio ē q̄ qs capit heredi
tatē defuncti ex diſpōne teſtatoris nullo alio
mediāte vel ſibi coopante:vt cū dicit teſtator
A.mihi heredem inſtituo:ſed ſi ipſe nō erit he
res.C.ſi heres.⁊ ſic.C. ſubſtitut⁹ ē directe.Et
hoc caſu nō detrahit̄ quarta ꝑ primū heredē
vt in.c.ſi pr̄.de teſta.li.vi.Diuidit̄ āt in qntu
plici dr̄ia:quarū prima dr̄ ſubſtitutio vulgarꝭ
⁊ h̄ duplex.Alia expſſa que fit ꝑ iſtā negatio
nē:nō hoc modo:vʒ inſtituo mihi heredē.A.⁊
ſi ipſe noluerit vel nō potuerit heres eē.P.ſit
heres vel.P.ſubſtituo. Alia tacita qñ.ſ.nega
tio nō expmit̄ ſed includit̄:vt cuʒ dr̄.A.⁊. P.
mihi hēdes inſtituo ⁊ eoſ inuicē ſubſtituo:ꝑ h̄
v̄ba eos inuicē ſubſtituo tacite ſubītelligit̄ q·
ſi alt̄ eoꝝ heres nō fuerit.ſ.q: noluit vel nō po
tuit qñ deceſſit añ aditā hereditatē alter ſit he
res inſolidū.vt.ff.de here.īſti.l.cū ī teſtō.§.hec
verba.Et dr̄ vulgaris:q: a q̊libet de vulgo.ſ.te
ſtatore fieri pōt.⁊ cuilibet ſiue pupillo vel mi
nori ⁊c̄. Et de hac hēs īſti.de vulg.ſubſti.
¶ Effect⁹ hui⁹ ſubſtitutōis ē:vt bona teſtato 3
ris tm̄:q̄ debebāt venire ad inſtitutū veniāt ad
ſubſtitutū nō bona īſtituti.īſti.de pupil.ſubſti.
§.quo caſu.
¶ Qñ expirat hec ſubſtō.R.q̄ʒcito inſtitutus 4
adierit hereditatē ſiue poſtea decedat cū liberꝭ
ſiue ſine liberꝭ.C.de īpube.⁊ alijs ſubſti.l. poſt
aditā.⁊ h̄ nō ſolū qñ expſſe fit ꝑ negationē:ſed
ēt qñ tacite. Unde lʒ titius,⁊ ſempronius fue
rit inſtituti heredes:⁊ ad īuicē ſubſtituti. ſi tm̄
ſempronius vel titius adierit hereditatē expi
rat ſubſtitutio.vt in.d.l.poſt aditā.
¶ Scd̄a directa ſubſtitutio dr̄ pupillaris:q: 5
fit ſoli pupillo vel pupillis:nec pōt tp̄s excede
re pupillare:ſed expirat ad introitū pubertatꝭ.
pōt ēt fieri ī min⁹ tp̄s:vt ſi dicat̄.Si fili⁹ meus
īfra quartū vel quītū annū deceſſerit ſit.P.he
res.Et hec ē duplex.ſ.tacita q̄ nō hʒ formā pu
pillarꝭ ſubſtōnis:ſed ſub ei⁹ verbis īcludit̄. vt
cū dr̄.A.filiū pupillū meū heredē mihi īſtituo
⁊ ſi ipſe mihi heres nō fuerit.P.ſit heres.Et
hec ex expſſis ē vulgaris:ex tacitis ē pupillarꝭ
Unde ſiue ſit.A.heres:ſiue nō.ſi ī etate pupil
lari deceſſerit.Hereditas directo iure ꝑuenit
ad.P.ſed ex vulgari ſuccedit tātū ī bonis te
ſtatoris:ex pupillari vero ſuccedit in bonis ⁊
teſtatoris ⁊ pupilli.Alia ē expſſa q̄ fit ꝑ verbū
affirmatiuū:⁊ facit expreſſe mētionē de pupil
lari etate:⁊ ſub ea includit̄ vulgaris tacita: vt
īſti.de vul.⁊ pu.ſubſti.§.i.⁊.ff.de vul.⁊ pu.ſub
ſti.l.iā hoc iure.⁊ fit cū dr̄.A.filiū meū heredē
mihi īſtituo.Et ſi ipſe mihi fuerit heres ⁊ ī eta
te pupillari deceſſerit.P.ſit heres vel ſubſti
tuo.⁊ ī iſta reqrūtur duo.ſ.verboꝝ affirmatio
⁊ tp̄is pupillaris cōprehēſio.
¶ Quid reqrit̄ ad iſtā ſubſtōnē pupillarē. R. 6
q̄ttuor. Primū q· ille cui fit ſubſtitutio ſit de
liberis teſtatoris.Et accipio h̄ liberos nō tātū
ꝓ filijs:ſed ēt ꝓ nepotib⁹.Scd̄m q· ſit īpubes
Tertiū q· ſit in ptāte teſtatoris.Quartū q· ille
cui fit ſubſtitutio inſtituat̄ vel exheredet̄.⁊ po
teſt fieri nō tātū īpuberi filio iā nato:ſed etiā
poſthumo:ſi tm̄ naſcēdo eſſet ſub ptāte teſtato
ris ſi viueret ipſe teſtator:⁊ ēt nepoti:ſi tm̄ non
ſit recaſurus in ptātē patris ſui p⁹ mortē aui.
ff.de vul.⁊ pu.ſub.l.ij.§.poſthumus.
¶ Quis effectus huius ſubſtitutionis.R.eſt. 7
vt non ſolum ſit.P.heres iure directo:⁊ capi
at bona ⁊ hereditatē vtriuſq;.ſi.A.deceſſerit ī

etate pupillari:ſed etiã excludit matrez: ita ꝙ etiaꝫ legitimã mater nõ poterit petere: vt no. in.l.papinianꝰ.ſed nec impuberis.ff.de inoffi. teſta.τ oẽm aliã pſonã:q̃ ipſi pupillo ab iteſtato ſuccedere potuiſſet.ff.de vul.τ pu.ſub.l. lucius.Et hoc verum eſt in expreſſa. In tacita aũt habet locũ qñ alter filius teſtatoris frater pupilli ſubſtituit̃.Sꝫ ſi ſit extraneus ſubſtitutus tunc mater admittit̃:τ ſubſtitutus repellit̃.l. p̃cibus.τ.l.cũ quidam.C.de impu.τ ali.ſub. niſi in quattuor caſibus:vt inſti.de vulga. ſubſtit. circa prin.nõtur.

8 ¶ Quomodo euaneſcit hec ſubſtitutio.R.ꝙ p̊ p aduentum pubertatis.Scdo ſi hereditas patris non ſit adhuc adita:q: cũ nullus appareat heres teſtamentum paternum vr̃ deſtitutum τ ſic euaneſcit etiam pupillaris.l.ſed ſi plures §.ſed ſi ex aſſe.ff.de vul.τ pu.ſub.Tertio ſi naſcitur poſthumus.de quo mentio non ẽ facta i teſtamẽto.ff.de vul.τ pu.ſub.l.ſi pater filium. Quarto ſi patiat̃ pupillus capitis diminutionem maximam mediam vel etiam minimam. ff.de adop.l.nec ei.Rõ quare eſt iuenta eſt: qa cũ filius in pupillari teſtari non poſſit pmittitur patri ipſi filio teſtm̃ facere τ de herede puidere.durãte tali etate tm̃.d.§.quo caſu.

9 Tertia directa ſubſtitutio dr̃ exẽplaris: q: fit ad exẽplum pupillaris:ſed differt ab illa. Primo q: illa fit tantũ a parẽte qui eũ hꝫ i poteſtate.hec aũt fit nõ dũ a patre:ſed etiam a matre filio furioſo vel mẽte capto non exñte in eorũ poteſtate.Scdo q: illa tãtum fit pupillis iſta adultis vel maioribus.Tertio q: in illa poteſt ſubſtitui quilibet quem voluerit i iſta non:ſed certo ordine ſic:vt ſi hꝫ liberos ei ſubſtituant̃. Si vero nõ hꝫ:tũc fratres ſubſtituant̃. Qḋ ſi ñ hꝫ nec filios nec fratres:tũc quẽ voluerit ſubſtituet.C.de ipu.τ ali.ſub.l.humãitatis. Quarto q: illa expirat adueniente pubertate. ſꝫ hec ſolum adueniente ſana mente.Quinto illa ſolum ipuberi hec adulto.Sexto illa fit ipuberi ſiue ſit ſane mentis ſiue ſit furioſus.hec ſolum fit furioſis τ mente captis.hec pbant̃ inſti. de pu.ſub.§.qua rõne.Et fit iſto modo.A.filium meum furioſum mihi heredẽ inſtituo:τ ſi deceſſerit añq̃ꝫ ſanus mente fiat:talem eiꝰ filium vel frẽm vel aliũ:puta titiũ ei ſubſtituo: τ ſic bona vtriuſqꝫ trãſibũt ad ſubſtitutũ. Et fuit equa valde vt furioſo τ mẽte capto pr̃ vel mr̃ poſſent puidere de ſubſtitutione.

10 ¶ Sed qd ſi aduenit ſana mens τ nullo teſtõ facto iteꝝ reuertit̃ in furiam.R.ꝙ non euaneſcit ſubſtitutio.ar.l.qḋ fauore.C.de legi. τ magis plꝫ:lꝫ alij dicãt nihilominꝰ expirare.ar.l.ꝙ qſqꝫ.ff.de reg.iu.

¶ Quarta directa ſubſtitutio dr̃ cõpendioſa: q: ſub cõpendio huiꝰ aduerbij qñcũqꝫ fit:τ cõtinet pupillarem q̃ alias fit plixioribus verbis. Et lꝫ hᵭ dictio qñcũqꝫ ſe extẽdat ad oẽ tp̃s:tñ hᵭ reſtringit̃ ad tp̃s pupillare ſolum virtute hoꝝ vborum. P.ſit heres:q: p hmõi verba directa videor voluiſſe filio meo in tp̃s pupillare puidere de herede qḋ infra aliud tp̃s mihi facere non lꝫ.Forma hꝰ eſt .A. filiũ meuꝫ heredẽ iſtituo: verũtñ qñcũqꝫ dictꝰ filiꝰ meꝰ deceſſerit. P.ſit hẽs.Et ſic ſolũ i tp̃s pupillar̃ vr̃ voluiſſe puidẽ filio ḋ ſubſtituto ſiue hẽde.d.l. p̃cibꝰ. 11

¶ A q̊ põt hᵭ fieri.R.ꝙ a milite τ quõ ñ explico q: nõ ẽ i vſu. Itẽ a pagano.i.qlꝫ nõ milite:ſꝫ oꝫ fiat filio pupillo τ i ptãte exñti.Et ptinet pupillarẽ expſſaꝫ:q: hꝫ eũdẽ effectũ:τ iõ ſolũ filio pupillo:τ i ptãte exñti põt fieri vt dixi.verũtñ lꝫ hec ſubſtitutio ſit directa de ſui natura ſimpl'r põt tñ apponi in ea verba vel dictiões vel aliqua mutari q̃ eã in fideicõmiſſum ↄuerterẽt τ ad ius τ ad naturã fideicõmiſſi reducerent. 12

¶ Qũo hᵭ ſubſtitutio cõpẽdioſa põt ad nãꝫ τ ius fideicõmiſſi deduci.R. ꝙ q̃ttuor mõis ſic ſub q̃ttuor formis põt fieri.Primo ſic. A. filiũ meũ ipuberẽ mihi iſtituo hẽdẽ:τ ſi qñcũqꝫ deceſſit.A.ſubſtituo.P.Iſtã hᵭ vbũ ſbſtituo trahit hãc ſubſtõnẽ ad fideicõmiſſũ.vt vl't gl.i.d l.p̃cibꝰ.τ i.d.c.Raynutiꝰ.τ p̃dictũ aduerbiũ i hᵭ caſu ſuat ppriã ſignificatõꝫ:τ reſpic̃ oẽ tp̃s:τ rẽ oi tpe ſuadet valẽ.l.q̊tiẽs.ff.ḋ re.du.hic ẽ ꝙ q̊cũqꝫ tpe moriat̃ ſiue i pupillari vel maiori etate vtute hꝰ vbi ſubſtituo vr̃ rogatꝰ eẽ a teſtatore p fideicõmiſſũ pꝰ mortẽ ſuã reſtituẽ hẽditatẽ τ bõa teſtatoris ſubſtituto.vñ ipõ iſtituto moriẽte mr̃ τ qcũqꝫ ſucceſſores ſiue ex teſtõ vl' ab iteſtato adibũt hẽditatẽ:τ aditã ſubſtituto reſtituẽt iure fideicõmiſſi.iſti.ḋ fide.hẽ.§.ſꝫ q: ſtipl'atões defalcabũt:tñ τ retiebũt legitimaꝫ ipiꝰ.A.ſi ipe.A.erat de liberis ipſiꝰ teſtatoris: ad q̊s legitĩa ſpectat:q: i hac teſtator gũare cũ ñ potuit.C.ḋ iof.teſ.l.qm̃.De reliq̃s vo defalcabũt ẽtiã trebellianicã:τ ſic hẽbũt mediã hẽditatẽ.alterã vo mediã r̃ſtituẽt ſubſtituto ex iur̃ fideicõmiſſi r̃tiebũt ẽt ſibi oĩa bõa ipſiꝰ.A. q: teſtõr ḋ ſuis tm̃ rogaſſe itelligit̃ ñ hẽdiſ.ſi vo A.ñ erat ḋ liberꝭ defalcabũt tm̃ trebelliãicã:τ hẽbit ẽt alia bona.q̃ ipſe.A.aliũde q̃ſiuit.Et hᵭ 13

ſubſtitutio:q̄ꝛ ius fideicōmiſſi hʒ:pōt fieri cui
cūqʒ heredi ⁊ a q̊cūqʒ teſtatore.iſti.de fideicō.
here.§.in pͥmis.⁊.§.ſe.Et aduerte q̄ lʒ i p̄fata
forma non addat̃ qn̄cūqʒ deceſſerit ſine liber̃.
Si tñ.A.erat de liberis teſtatoris intelliget̃
hec clauſula ſine liberis:q̄ꝛ ꝓ regl'a eſt:ꝙ qn̄cū
qʒ qs rogat aliquē de liberis ſuis alti hēditatē
reſtituē p⁹ mortē ſuā ſꝑ itelligit̃ tacite hec ꝯdi
tio.ſ.ſi deceſſerit ſine liber̃:q̄ꝛ nō eſt credendū
ꝙ aliqs excluſa ꝓle filij ſui voluerit ad alium
ꝑuenire hēditatē. Sed i extneo herede non ieſt
tal' tacita ꝯditio:niſi addat̃ exp̄ſſe.C.de inſti.⁊
ſub.ſub ꝯdi.fac.l.general'r.§.vlt. Scd̄o fit ſic.
A.mihi heredeʒ iſtituo:ſʒ ſi dict⁹.A. qn̄cūqʒ
deceſſerit ſine liber̃.P.ſit heres: ⁊ hec eſt to
tal'r fideicōmiſſoria:q̄ꝛ lʒ per iſtā dictionem ſit
heres videat̃ directa:tñ ꝑ iſtā additionē ſine li
beris trahūt̃ ad fideicōmiſſuʒ.vt ꝓbat̃ i.l. ſce
uola.ff.ad treb.q̄ꝛ illa additio inuit:ꝙ in q̊cūqʒ
tp̄e deceſſerit ſine liberis:vr̃ rogat⁹ per fideicō
miſſum reſtituere hereditateʒ p⁹ mortē. Et iō
q̊cūqʒ tp̄e moriat̃ ſine liberis mater:aut q̊cūqʒ
ſucceſſores reſtituēt hereditateʒ ſubſtituto de
duct̃ ſupradict̃.ff.de vul.⁊ pu.ſub.l. coheredi.
§.cū filie.Tertio fit.A.mihi heredē iſtituo : ſʒ
ſi dict⁹.A.qn̄cūqʒ deceſſerit ſine liberis. P.
ſubſtituo.Et hec oi tp̄e ē fideicōmiſſoria.⁊ idē
ius ⁊ eūdē effectū hʒ ꝑ oīa ſic due p̄cedētes: tū
rōne verbi ſubſtituo:tū rōne ſine liber̃:⁊ ideo
dic vt de illis.Quarto fit.A.filiū meū mihi he
redē iſtituo.ſi tñ fili⁹ me⁹ deceſſerit i pupillari
etate vel poſtea qn̄cūqʒ ſine liberis.P.ſubſti
tuo ſub hac forma cōprehendūt̃ tres ſubſtitu
tiōes:vna pupillaris exp̄ſſa per h̄ qd̄ dr̃: ſi de
ceſſerit i pupillari etate.Et ex hac reſultat taci
ta vulgar̃ q̄ ſub pupillari exp̄ſſa ꝯtinet̃:vt di
ctū ē.⁊ hāc nō pōt facere niſi pr̃ pupillo ꝓpter
pupillarē exp̄ſſā.Tertia fideicōmiſſoria ē ꝓpt
illō qd̄ dr̃.vel poſtea qn̄cūqʒ ſine liber̃.Sed ſi
vult ꝙ clari⁹ iſte tres reſurgant.dicat teſtator.
P.pupillarit̃:vulgarit̃:⁊ ꝑ fideicōmiſſū ſubſti
tuo.⁊ vna q̄qʒ iſtaꝝ hʒ ſuū effectuʒ. Nā ſi.A.
ſit heres:⁊ i pupillari etate deceſſerit ſubſtitu
tus vocat̃ iure directo excluſa mr̃e ⁊ alijs legiti
mis ſucceſſorib⁹:⁊ h̄ ꝑꝑ effectū fͥme pupillar̃
exp̄ſſe q̄ matrē repellit:⁊ ſubſtitutū admittit.l.
luci⁹.ff.de vul.⁊ pu.ſub.Si āt.A.non ſit heres
vel q̄ꝛ nolit:vel nō poſſit: tūc ſubſtitut⁹ erit he
res iure directo ꝑꝑ tacitā vulgarē q̄ ēt ſurgit
ex pupillari vt dictū ē. Si vero.A.heres erit:
deide fact⁹ pubes qn̄cūqʒ ſine liber̃ moriet̃ ha
bebit locū fideicōmiſſoria:vn̄ eo morīēte ſine
liberis ſucceſſores reſtituent hereditatē cū de
falcatiōe vt dictū eſt.Et vt dixi iſte quattuor
forme ſubſtitutionū nō pn̄t fieri:niſi filiofami
lias pupillo ꝑ pupillarē exp̄ſſam q̄ ꝯtinet̃ i ea.
Unde o notarij ex ꝯſilio meo qn̄ aliqs hʒ filiū
ipuberē cui vult ſubſtituere:nō ſoluʒ i pupilla
ri:ſʒ qn̄cūqʒ facias quālibet per ſe.ſ.p̊ pupilla
rē.Sic.A.filiū meū mihi heredē inſtituo.De
rūtñ ſi dictus.A.filius meus mihi heres erit:
⁊ in pupillari etate deceſſerit.P.heres ſit vel
fratres eius ſuperſtites heredes ſint.deide fa
cias fideicōmiſſoriam hoc modo.Si vero di
ctus.A.pubes factus poſtea qn̄cūqʒ deceſſerit
ſine liberis:ſubſtituo ei per fideicommiſſum
ſuperſtites frēs eius:⁊ premortuoꝝ fratrum
eius liberos in ſtirpes ⁊ nō in capita: ſi teſta
tor vult ꝙ vſqʒ ad ipſos vadat. Nā vt ſis cau
tus:ſcias ꝙ verba ſubſtitutionis non extendū
tur vltra illos quos teſtator expreſſit. Si eniʒ
inſtitutis trib⁹ vel pluribus filijs ita addiciat̃
⁊ ſi aliqs coꝝ deceſſerit ſine liberis ſubſtituo
ſuperſtites. Certe ſi decedit vn⁹ coꝝ relicto fi
lio.deide moriat̃ ſine liberis filius illius q̄ pri
mo deceſſit nō admittit̃ cū patruis vel ſine pa
truis ad fideicōmiſſoriam hereditatem illius
filij teſtatoris qui ſine filijs deceſſit:q̄ꝛ non ex
titit conditio ſubſtitutiōis in perſona patris
eius. Illos tantummodo teſtator ſubſtituit q̄
ſuꝑuenirēt illi.et adde vt dixi ſi teſtator ſic vl't.
¶ Quinta directa ſubſtitutio dr̃ breuiloqua i4
q̄ꝛ in breui ꝯtinet ſubſtitiōes.ſ. duas pupilla
res exp̄ſſas:⁊ duas vulgares exp̄ſſas. Prima
pupillaris ē vni⁹ alteri. Scd̄a alteri⁹ alteri. vn̄
ſi.A.fuerit heres ⁊ in pupillari etate deceſſe
rit.B.ſuꝑueniēs hēs erit d̄ iure directo:⁊ ꝯ̄
uerſo:⁊ i vtroqʒ excludunt̃ mr̃ ⁊ ceti veniētes
ab iteſtato ꝑ effectū pupillar̃ exp̄ſſe. Vulga
res ēt reſultāt:q̄ꝛ ſi vn⁹ illoꝝ nō fuerit heres:
q̄ꝛ noluerit vel nō potuerit alt̃ ē iſolidū heres:
⁊ fit h̄ mō. Teſtator hn̄s duos filios vl' plures
ipuberes ſub ſua ptāte pōt facere h̄ mō.A. ⁊
B.filios meos ipuberes mihi hēdes iſtituo ⁊
eos inicē ſubſtituo. Hāc ſubſtitutionē lex ap
pellat reciprocam.vt.ff.de vul.⁊ pupil.ſub.l.iā
hoc iure. Non pōt āt hec ſubſtitutio fieri niſi
ſint iſtituti filij pupilli i ptāte teſtatoris:al's n̄
eſſet ſubſtitutio breuiloq̄:ſed tacita vulgaris
Et aduerte ꝙ verbū ſubſtituo non ꝯuenit ad
oēm ſubſtitutioneʒ in qua ponit̃ ad fideicom
miſſoriā:ſʒ nāc illi⁹ ſubſtitutōis ſe coaptat i q̄

ponitur:⁊ eā in directo iure cōſeruat:excepta ſola compendioſa:i qua ſi ponatur ſtatim eam ad fideicōmiſſoriā cōuertit:vt patet ex dictis. Multa alia eēnt dicēda:ſed breuitatis cā hec que magis cōſueta ſunt reſeraui vt intelligas aliquid de ſucceſſione legitima.

15 ¶ Quō aūt igrediētes religionē excludat ſubſtitutum.vide.ſ.heres.§.xviij.Et de legitima vide legitima.multa alia ad iſtam materiam.

16 ¶ Subſtitutio talis ꝯditiōis ſi ſine liberis decedat alter ſit heres euaneſcit etiā ſi naturales hꝫ.Secus ſi addatur legitimis.Itē ſi filios habuit.ſed ꝑmoriuntur. Nā videtur ſine liberis decedere.Si āt dicatur ſine herede deceſſerit nomine heredis ſoli filij itelliguntur. Itē ſi nō hꝫ filiū:ſꝫ nepotē ex filio ſubſtitutio euaneſcit.vide glo.in.c.in pſentia:de ꝓba.vbi hec ponūtur.

17 ¶ Utrū rogatus reſtituere hereditatē poſſit eam alteri alienare.R. vide.ſ.heres.§.xij.

18 ¶ Quid ſi quis ſit rogatus pure reſtituere hereditatē:nulla facta mentione de liberis.R.ꝙ ſi poſtea habuerit filios vel nepotes ſubſtitutio euaneſcit.de ꝓba.in pſentia.in glo.

19 ¶ Ille cuius induſtria ē electa nō pōt alium ſubſtituere.c.ſi.de of.dele.⁊.c.is cui.de of.dele.li.vi.l.vnica.§.ne aūt.C.de cadu.tol.l.ſtatu libero.ff.de ſtatu lib.Fallit niſi velit ſubſtituere filium ſm Ludo.de ro.in ſuis no.

20 ¶ An qs p ſubſtitutū poſſit deſeruire.R.ꝙ ñ tex.ē i.l.nullus q neru.C.de decu.li.x.⁊.i.l.ſciēdū.§.legati.ff.de lega. Fallit ſm Ludo.vbi.ſ. niſi ſe abſētet electus ꝓ vtili ſibi ⁊ neceſſaria cā qꝛ tūc pōt vt ſi vadat ad balnea.l.ſi abſēte.ff.de lega.⁊.l.de policitationibus.ff.de polici.

## Subtilitas

in iure an ſit bona. Rñ. Pa.i.c.dilecti.de iudi.poſt Uin. Io. Jo.an.⁊.o.An.ꝙ aut ē ad capiēdos ⁊ decipiēdos ſimplices i iudicio vel extra.⁊ hec rꝓbatur vt i d.c.dilecti.⁊ i.c.ſi cupis.xvi.q.i.Aut ē ad interꝑtationē iuris.⁊ tūc ſi ē rōnabilis ⁊ iuri ꝯſētanea laudatur vt i.c.capellanꝰ.de ferijs.⁊ bonꝰ tex.i.l.vnica.C.de ꝓfe.q̄ in vrbe ꝯſtā.li.xij.vbi dicitur ꝙ doctor legēs debet habere ſubtilitatē iterpretādi. Facit tex.i.l.nō pñt.ff.de le.⁊ idē qñ adhibetur extra iudiciū ad veritatē eliciēdā ēt i foro anime.vt i.c.i.de.pe.di.vi.i verbo ſubtilis iueſtigator.Si vero eſt irratiōabilis ſicut quorundā qui tm volūt ſubtilizare ꝙ ſeipſos nō itelligūt ⁊ verba puertūt.ſic ē mala: ⁊ iprobatur.vt i.c.i.xlix.di.vbi de hoc.⁊ in.c.cū ſancti.

xxiiij.q.iij.Unde imperator in.l.vlti.C.de legibus.dicit vanā ſubtilitatē eorū veriſſimus quam corrigendam cenſemus.

## Succeſſio

vide.ſ.hereditas.

## Succeſſor

alius ſingularis q in certa re ꝯſtituitur..Alius vniuerſalis.q in tota hereditate vel reliqua.vide gl.i.c.cū ad ſedē.ō reſti.ſpo.⁊.ij.q.i.c.i ꝑmis.de iudi.qꝛ Gulielmus.

¶ Quō ſucceſſor tenetur ſtare ꝯctui facto a ſuo pdeceſſore.vide locatio.§.xx.⁊.ſ.dignitas.§.i.

## Suffragia

facta p vnū.Utrū poſſint valē alijs R.ꝙ ad acqrēdū aliquē ſtatū:puta btitudinē ⁊ p moꝫ meriti valē nō pñt:ſꝫ bñ p modū orationis.ſ.merito ꝯgrui ſicut cū qs p orationē alteri ipetrat primā grām ex bonitate diuina nō ad merita reſpicient ſed ad effectuꝫ. Ad acqrendū vero aliquid qō ꝯſequitur ſtatū alicuius vel ē acceſſoriū ad ſtatū:ſic opus vnius pōt alteri valere:nō ſolū de ꝯgruo ſed ēt de cōdigno.⁊ h̄ dupliciter. Uno modo pp cōicationē in radice meritorū opis q̄ eſt charitas: ⁊ ſic qlibet de bono alterius hꝫ emolumētū ſi eſt in charitate iuxta illud. Particeps ego ſuꝫ oium timentiū te ⁊c̄. Alio modo ex intentōe faciētis vt cū qs aliq̄ opa ſpāliter ad h̄ facit vt tali pro ſint. Unde tunc talia opa efficiuntur eoꝝ ꝓ quibus fiunt:q̄ſi eis a faciēte collata.vnde pñt eis valere ad ſatiſfactionē iplendā vel ad aliquid qō ſtatū eoꝝ nō mutat. Et iſtis duobꝰ modis valēt ſuffragia:nedū viuis:ſed ēt mortuis: nō vt mutēt eoꝝ ſtatū ſed vt liberentur a penis:qō nō eſt mutare ſtatū:qꝛ vt dicit Aug.i Enchiridion.c.lxv.dū in hac vita viuerēt meruerūt vt hec ſibi poſtea ꝓdeſſe poſſent. Et illud.ij.cor.v Unuſqſq ꝓpriā mercedē accipiet ꝓut geſſit in corpore. Et illud eccleſiaſtes.ix.vbi dr ꝙ nō hñt ptem i ope qō ſub ſole geritur.intelligitur quo ad ſtatꝰ mutationē. Nā primum eſſentiale vel penam eternam quilibet habebit ex opere ſuo non alieno.

¶ Utrū ſuffragia facta p peccatores valeāt.R ꝙ ſi loqmur de opere opato:ſic ſacrificiū altaris ⁊ alia ſacra ex ſeipſis hñt efficaciam abſq ope opātis quā equaliter explēt p quecunq fiāt:ſi aūt loqmur de opere opantis:ſic diſtinguo:qꝛ pōt fieri per malū dupliciter. Primo vt per actorē:⁊ ſic nō pſunt niſi forte per accidens:⁊ ex cōſequēti:puta p elemoſynas mali

hoīs:boni paupes excitati orāt ꝓ defunctis il
lis.ꝓ qbꝰ ille malus dedit.Scdo vt ꝑ ministꝝ
ꝛ sic:aut vt ꝑ mistrū ecclesie publicū:vt ē sacer
dos q celebrat exeqas mortuoꝝ:ꝛ talia semꝑ
ꝓsunt:qꝛ malicia mistri nō nocet opi boni ac
toris.Aut vt ꝑ mistrū priuate ꝑsone:ꝛ tunc si
ad p̄ceptū exn̄tis ī charitate vel ad ꝯsortiū: sic
cum duo legūt psalmos vel offm̄ mortuoꝝ: ꝛ
vnꝰ ē bonꝰ alt̄ malus:sic ꝓsunt i lli ꝓ q̊ fiūt. Si
vero ad p̄ceptū nō exn̄tis in charitate:qñ mā
dauit fieri:ꝛ sic nō ꝓsunt defunctꝭ: nisi postea
eēt in charitate.qñ talia fiūt.ꝛ de nouo demā
det vel demādationē de nouo acceptet.qꝛ sic
valerēt.Si aūt erat in charitate qñ mandauit.
lꝫ postea non sit qñ exequūť nihilominus va
lēt defūctis.Et aduerte ꝙ lꝫ qs exn̄s in chari-
tate demandando ꝯsequať fructū opeꝝ.lꝫ ille
executor sit ī mortali.nō tñ tm̄ suffragiū sicut
si exeq̄reť ꝑ existētē ī charitate.qꝛ tūc talia opa
eēnt meritoria ex duabꝰ ꝑtibus.hec ex Ric.ī.
iiij.di.xlv.ar.ij.qōñ ꝛ ceteris theologis ibidē
2 ❡ Vtrū recipiēs multos ad ꝑticipationē bo-
norū suoꝝ:sua opa sint illi minus vtilia.R̷.fꝫ
Ri.in.iiij.di xlv.q ꝙ nō.qꝛ plus sibi affert illud
opꝰ charitatis.s.talis receptio bōa sua cōicādo
q̄ꝫ sibi detrahať ēt q̊ ad remissionē pene sue d
fructu bonoꝝ cōicatoꝝ.ꝛ talia bona sic cōica-
ta facięti ea ī nullo minus:sꝫ magis q̊ ad aug-
mētū p̄mij ī gloria valēt.Tho.in.iiij.ca.di te-
net ꝙ nō valēt ad expiationē pene ꝓprie.nisi
ꝑ modū meriti de ꝯgruo.s.ex grā ñ ex debito.
Rō.qꝛ duo reatus nō dimittūť ꝑ vnā satisfa
ctionē:q̄ ei nō adeq̄ť.sꝫ p̄mū ē verius qꝛ cha-
ritas opit multitudinē pctōꝝ.ꝛ maior chari-
tas plura pctā.vide de hoc.s̄.satisfactio.§.v.
3 ❡ Vtꝝ defūcti quoꝝ legata nō exequūť plus
in purgatorio tardēt.R̷.vide executor.§.xxiij.
4 Que sūt suffragia q̄ ꝓsūt defūctis.R̷.Gre.ꝙ
quattuor modis aīe defūctoꝝ soluūť.aut obla
tiōibus sacerdotū:aut p̄cibus sanctoꝝ:aut ele
mosynis caroꝝ:aut ieiunijs cognatoꝝ.xiij.q.
ij.aīe.Et duo p̄mi mōi sūt magis efficaces in-
quātū ferūť in deū q̄ꝫ duo vltimi q ferūť ī ꝓxi
mū.nisi forte ꝑ accidēs iquātū.s.elyna ipetrat
p̄ma duo vel vnum eorum vel aliqñ alia tria.
5 ❡ Vtrū cultus exeqarū valeat defūctis.R̷.fm
Ri.ī.iiij.di.xlv.ar.vi.q.i.ꝙ sepultura valet ꝑ
accidēs iquātū.s.īspiciētes recordāť ꝛ orāt ꝓ
eis.vñ dr̄ monumētū quasi monēs mētē.vt di
cit Aug.ī.de ciui.dei.Itē valet sepultura in lo
co sacro.qꝛ frequētius orāt ꝓ exn̄tibus apō sc

q̄ꝫ alibi.Et eccl̄ia gnālit̄ magis ꝓ exn̄tibꝰ in lo
co sacro q̄ꝫ alibi:siue qꝛ cōmēdātur alicui scō
rōne cuiꝰ ibi elegit sepulturā ꝛ sil̄is.Alia aūt
a sepultura vt sūt eius ornamēta:cādele:incen
sū:pāni:ꝛ hmōi:ꝯsolatōes sunt viuoꝝ nō suf
fragia mortuoꝝ:qꝛ eis ꝓdesse nō p̄nt:nisi ꝑ ac-
cidens inq̄ꝫtū incitāt ad orādū ꝛ alia bona fa-
cienda pro defunctis:aut inquātum pauperes
fructum capiunt vel inquātum ecclesia deco-
rať:ꝛ sic elyna cōputať tobie.xij.c.
❡ Vtꝝ suffragia facta pro pluribus tātū va 6
leāt cuilꝫ hē si fierent pro quolibet eoꝝ ī singu
lari.R̷.ꝙ communis opi.theologoꝝ in.iiij.di.
xlv.ē ꝙ non.Fallit hoc in casu de quo.s̄.§.ij.ꝛ
missa.§.lij.ꝛ.liij.
❡ Quibꝰ defunctis valēt suffragia:dic ꝙ solū 7
exn̄tibus in purgatorio ꝛ non alijs.Facit.c.cū
Marthe.de cele.mis.

# Superbia

Superbia ē appetitꝰ ꝓprie excellentie.vñ su
perbꝰ dr̄ q sup vult videri q̄ꝫ ē fm Isi
doꝝ.li.ethi.Et iō si sumať fm ꝓpriā spēꝫ quā
hꝫ ex rōne proprij obiecti sic ē spāle pctm̄:ꝛ sic
ē iordinatꝰ appetitꝰ ꝓprie excellētie. Oportet
ḡ actualit̄ itendēs propriā excellentiā aliqd ior
dinate faciat vt sit spāle pcm̄ supbie. Si vero
sumať fm quādā redundātiā in alia peccata:
sic hꝫ quādā generalitatē inquātū oīa peccata
p̄nt oriri ex ea.Et h̄ dupl̄r.Primo inquātum
alia peccata ordināť ad finē superbie.q ē ꝓpa
excellētia ad quā ordinari pōt oē qd qs appe-
tit iordinate.Est scdo generale pcm̄ q̄ꝫtum ad
effectū:qꝛ in oi pctō ē effectꝰ superbie.s.nō sub
di legi dei:sꝫ q̄ꝫtū ad affectū nō ē generale pcm̄
vt qñ ꝓcedit pcm̄ ex ifirmitate vel alia cā.ꝛ iō
ē aliqd pcm̄ q̊ ad effectū:qd nō ē q̊ ad affectū si
cut volens occidē hoīe occidit prēꝫ nesciēs:sic
q̄ꝫtū ad effectū ē patricida: sꝫ nō q̄ꝫtuꝫ ad affe-
ctū.Hec ex Frācisco de may.in scdo sen.Ter-
tio mō idirecte ꝛ per accn̄s.s.remouēdo prohi
bēs iquātuꝫ.s.hō ꝑ supbiā ꝯtēnit legē diuinā
per quā prohibeť a peccādo.Et iō Gre.xxx.
mor.non ponit eā peccatum spāle:sed reginā
omnium.
❡ Vtꝝ sit peccatū mortale.R̷.ꝙ fm spēꝫ suā 1
accipiendo ex genere suo est pctm̄ mortale:qꝛ
p̄supponit ꝯtēptū diuine regule ꝛ legis:cui ñ
vult subijci ex amore proprie excellentie ꝯseq̄n
do.Et h̄ veꝝ est si sit in deliberatiōe volūtatis
Preuaricatio vero diuine legis:aut in opere
aut i volūtate qñ ꝓuenit ex ignorātia vel ex i-

firmitate. ſic non eſt ſuperbia. Qñ vero eſt ſolũ ex ꝯtemptu ſic eſt ſuperbia prout eſt generale vitium. Qñ vero eſt vt qs ꝯſequat̃ propriam excellentiã ſic proprie eſt ſuperbia ⁊ ſpãle peccatum mortale rõne finis.

2 ¶ Quot ſunt ſpẽs ſuperbie. R̷. ſm Gre. xxiij mor. ꝙ q̃ttuor. Prima cũ bonũ qđ hȝ a ſe extimat hr̃e. Scđa cũ extimat qđ dat̃ ſibi ſuperiꝰ a deo, p ſuis meritꝪ dari. Tertia cũ ſe iactat hr̃e qđ nõ hȝ. Quarta cũ deſpectꝪ ceterꝪ ſingulariť appetit videri hr̃e qđ non hȝ. Aduerte tñ ſm Tho. xxij. q. clxi. ꝙ vera extimatio põt corrũpi dupľr. Primo ĩ vniuerſali in his q̃ ad fidẽ ptinẽt. ⁊ h̄ p infidelitatẽ. Scđo ĩ aliq̊ pticulari eligibili: ⁊ h̄ nõ facit infidelitas: ſȝ aliud ſic̃ fornicator extimat p tpe illo bonũ fornicari: ⁊ nõ p infidelitatẽ ſed ppť delectationẽ. Jđ ĩ vniuerſali dicere fornicationẽ eẽ bonũ: vel bonuȝ aliqđ hr̃e a ſe ⁊ nõ a deo vel ſuis meritꝪ. h̄ ptinet ad ĩfidelitatẽ: ⁊ eſt mortale pcm̃ ĩfidelitatꝪ. Sȝ ꝙ aliqs ex ĩordinato appetitu proprie excellentie: ita de bonis ſuis gloriet̃: ac ſi ea a ſe hr̃et vľ meritꝪ ſuis. h̄ ptinet ad ſuperbiaȝ: ⁊ ẽ mortale pcm̃ ſi ẽ ĩ deliberatõe volũtatꝪ. Nec ĩtelligas ꝙ iſte ſpẽs ſuperbie ꝯſiſtãt ĩ extimatõe: qꝛ cuȝ extimatio pertineat ad rõnẽ nõ eſſet pcm̃: cuȝ pcm̃ ſolũ ſit ĩ volũtate pͥcipaľr. Sȝ qꝛ ꝙ quis vehemenť appetit faciliť extimat. Jđ pcm̃ ſuperbie ꝯſiſtit ĩ ĩordinato appetitu proprie excellẽtie: ex q̊ faciľr extimat ſe ea hr̃e a ſe vel, ſuis meritis: vel ꝙ plus hȝ: vel ceteros deſpicit.

5 ¶ Que ſunt eiꝰ filie. R̷. ꝙ ſunt ãbitio: pſũptio: arrogãtia: pertinacia: curioſitas: ĩgratitudo: iudiciũ temerariũ: irriſio: tentare deum: ⁊ adulatio. De qbꝰ in locis ſuis.

SUperſtitio ẽ vitiũ ꝯ̃rium religiõi: nõ qꝛ plus exhibeat ĩ cultũ diuinũ q̃ȝ vera religio: ſed qꝛ exhibet cultũ diuinũ vel cui nõ dȝ vel eo mõ q̊ nõ dȝ. Vñ ſupſtitioſi dci ſunt ſm Jſido. li. ethi. eo ꝙ depcabãť ⁊ imolabãt vt ſui liberi ſupſtites fierẽt. gl. ãt ad cor. ij. dic̃ ſupſtitio ẽ religio ſupra mõȝ ſuata. vbi accipiť methaphorice religio: ſic̃ qñ dicimꝰ bonus latro.

1 ¶ Vtrꝝ ſupſtitionũ diuerſe ſint ſpẽs. R̷. ꝙ ſic ſȝ diuerſa obiecta ľ diuerſos fines ſȝ h̄. n. actꝰ morales ſpẽs ſortiũť. Vñ pria ſpẽs ſuperſtitõnis ẽ: cũ exhibet̃ cultꝰ deo cui exhibendꝰ eſt: ſed mõ ĩdebito: vt ſiqs colẽt deũ nũc ſm legꝪ veteris obſuãtiã. Scđa ẽ cũ cultꝰ diuinꝰ exhibetur cui nõ debet̃. ſ. creature cuicũqȝ: ⁊ iſta hȝ multas ſub ſe ſpẽs. Nã ſi reuerẽtiã deo debitã exhibet creature ẽ idolatria. Si vero h̄ fac̃ vt inſtruat̃ ab ea ſic ẽ diuiatio: q̃ demones ꝯſulit p aliq̃ pacta inita tacite vel expſſe cũ eis. Si ãt h̄ fit propť directõȝ humanoꝝ actuũ: ⁊ ſic eſt ſuperſtitio q̃rũdã obſuãtiaꝝ. Et h̄ dicit Augu. ij. de doc. xp̃iana. Superſtitioſuȝ eſt inq̃t qcq̃d ĩſtitutũ eſt ab hoibꝰ ad faciẽda ⁊ colenda idola ſic̃ deũ creaturã vel aliã. Ecce pmũ ſubdit vel ad ꝯſultatões ⁊ pacta q̃dã ſignoꝝ cũ demonibꝰ placita atqȝ federata. Ecce ſcđm pꝰ ſubĩfert Ad h̄ ģ pertinent oẽs ligature execrabiliuȝ remedioꝝ q̃s non cõmendat ars medicoꝝ ſeu ĩ pcãtatõibꝰ ſeu in characteribꝰ ſuſpendendis atqȝ ligãdis. ĩ quibꝰ oibus ars demonũ eſt ex q̃dã peſtifera hoiuȝ ⁊ maloꝝ angeloꝝ extorta Vñ ⁊ cũcta vitãda ſunt xp̃iano ⁊ oio penitus execratiõe repudiãda atqȝ dãnãda. xxvi. q. v. nec mirꝝ. ⁊ i. c. illud. i. q. ij. Pria ãt ſpẽs ſuperſtitionũ ſimpľr eſt pcm̃ mortale. Scđa vero ſpecies ſiľr eſt mortale peccatũ. ⁊ de hac habes. ẽ ſors. Sed qñ ꝯſiſtit ſolũ in obſeruatione quarundã obſeruãtiaꝝ ſic aduerte ꝙ ſolum ẽ mortale peccatum: qñ duo ꝯcurrũt. Primum aliquid ſuperſtitioſum. Scđm ꝙ ſciat ſuperſtitioſum fore id ſeruãs quacũqȝ intentiõe hoc faciat. Secus ſi ignoraret ſuperſtitioſum: qꝛ ſic nõ eſſet mortale peccatum.

¶ Sed quero quomodo poteſt cognoſci ꝙ tale quid ſit ſuperſtitioſum. R̷. ꝙ conſiderandũȝ eſt: vtrum naturaliter videãtur poſſe tales effectus cauſare pro quibus effectibus cauſandis talibus quis vult vti: ⁊ ſi ſic non erunt ſuperſtitioſa: lȝ enim cãs naturales ad inducẽdũ effectus proprios adhibere. Si vero non poſſunt naturaliter cauſare tales effectus ꝯſequens eſt ꝙ non adhibeantur ad hos effectus cãndos vt cauſe: ſed tãtũ vt ſigna: ⁊ non vt ſigna diuina. Sicut ſunt ſacr̃alia ſigna: ſed tm̃ vt ſigna vana ⁊ ſuperuacua: ⁊ ſic pertinent ad pacta ſignationũ cũ demonibus inita: ⁊ ſic ſuperſtitioſum. Nec ob. ꝙ ſicut corpora naturalia ſubdunť corporibꝰ celeſtibꝰ. ita ⁊ corpora artificialia vť imagines: ģ ſicut illa: ita ⁊ iſta ſortiunť aliq̃s virtutes ex ĩpreſſione corpoꝝ celeſtiũ ad aliquos effectus cãndos. qꝛ. R̷. ꝙ naturales virtutes corpoꝝ naturaliũ ꝯſequunť ſubſtãtiales formaſ ĩpoꝝ q̃s ſortiunť ex ĩmpſſiõe corpoꝝ celeſtiũ: ⁊ ideo ex earundem ĩpreſſione formarum ſortiuntur quaſdam virtutes actiuas. Sed forme corporum artificialiũ, pcedũt 2

ex ꝯceptione artificis. Et iō cū nihil aliud ſint q̃ cōpoſitio ⁊ ordo. vt dr̄. ij. phi. nō pn̄t naturalē virtutē hr̄e ad agendū. Et idē ē ꝙ ex impreſſiōe corpoꝝ celeſtiū ſm ꝙ ſunt artificialia nullā ſortiūt virtutē: ſed tn̄ ſm materiam naturalem. Et ſic pȝ ꝙ q faciunt annulū i tali cōſtellatiōe vel iprimūt imaginē vt valeat ad febres ⁊ hmōi ſuperſtitioſi ſunt. concor. Tho. ſa ſe. q. xcvi.

3 ¶ Utrū ars notoria ſit illicita ⁊ iefficax. R. ꝙ ſic. qꝛ illa qbus vtiẽ non hn̄t virtutē cauſandi ſciam vt cā: ſed tanq̃ ſigna ſiue qꝛ inefficax ē ad ſciaȝ acquirendā: qꝛ cū querat acqrere ſciaȝ nō p modū cōnaturalē hoi. ſ. adinueniēdo vel addiſcēdo oȝ illō expectet a deo: ſicut ſci hoies faciūt non per vana: ſed p veꝝ dei cultū: aut a diabolo vt faciūt q arte notoria vtunẽ: qꝛ p vanas ſuperſtitiones q demones cū nō pn̄t illuminare intellectū. iō nunq̃ ſciam poterūt dare: lȝ aliqn̄ exprimāt aliqua documenta ſciarū ⁊ iō mortaliter peccāt tali arte vtētes ⁊ vt plurimū efficiunẽ fatui.

4 ¶ Utrū virtus imaginatiua poſſit immutare corpora naturalr̄. R. Auicē. vi. naturaliū. c. vl. ꝙ ſic. accipiēdo imagiatiuā p ipſis virtutibꝰ iterioribus. vt pȝ in trabe poſita ſup aquā ⁊ in terra: ⁊ multis alijs exēplis ⁊ ēt extranea qđ n̄ credo qꝛ nimis extēdit eiꝰ virtutē ēt n̄ itelligaſ in quacūq; imutatione ſed in aliqbus alijs ipedimētis ſublatis.

5 ¶ Utrū faſcinatio ſit poſſibilis. R. ꝙ accipiēdo faſcinationē p illuſiōe ſeu ludificatiōe ſenſuū p artē magicā facta: ſic certū ē ꝙ ē poſſibilis: niſi phibeaẽ a deo mediāte miniſterio angeloꝝ vel ſcōꝝ. Si vero accipiaẽ faſcinatio p inuidia: ⁊ ſic eſt ēt poſſibilis: ſicut multiplicit experiētia docet. Si aūt accipiaẽ p imutatiōe ad malū facta in corpore alteriꝰ p oculos alterius reſpiciētis in eū: ſic ſilr̄ eſt poſſibilis naturaliter. vt dicit Auicēna. vbi. ē. ſed nō i oī corpore neq; ab oī aſpectu. vide Ric. in quolibet q hāc qōnē format: vnde pōt vetula infecta aſpiciēdo pueꝝ ipm inficere.

6 ¶ Utrū herbe vel armonie habeāt ꝟtuteȝ ꝯ demones. R. ꝙ nō: niſi per accidens. Nam cū actus actiuoꝝ ſint in patiente diſpoſito ſm de aia. Si demon inuenit paſſionē melācolicam intēſiorē acrius vexabit eū in quo eſt qn̄ eſt in maiori diſpōne q̃ qn̄ eſt in minori. Et ſic cum herbe ⁊ armonie valeāt naturaliter ad talem paſſionem leuandam vel minuendā: ſic conſequēter valent cōtra demonē vt minꝰ poſſit vexare illum. Sed directe ⁊ proprie nulla herba aut res corporalis pōt agere in puruȝ ſpm̄ naturaliter. Et ſi aliqn̄ valet eſt potius ex aliqua ſuperſtitiōe q̃ prohibita ē.

¶ Utrū liceat ſuſpēdere breuia ad collū. R. ꝙ ſic. ſi. v. ꝯcurrāt. Primū ꝙ ſint noia cognita ⁊ nota nō. ignota. Scđm ꝙ illa noia aut verba ſint noia ſcā: puta euāgelij aut ſacre ſcripture aut aliquoꝝ ſcōꝝ. Tertiū ꝙ in eis nō ponāt aliqui caracteres: ſeu ſigna preter ſignum crucis. Quartū ꝙ nō inſeraẽ aliqđ vanum ſeu falſum. Quītū ꝙ i ſcribēdo ſeu ſuſpēdēdo aut portādo non obſerueẽ aliqđ ſuperſtitioſuȝ: ſic qn̄ crediẽ minus valeant ſcripta añ euangeliū vel alio die: vel per pueꝝ virginē ⁊ hmōi: aliẽ iſtis nō ꝯcurrentibus ſupſtitioſum ē: vt patet xxvi. q. vi. non lȝ. ⁊. c. nō obſeruetis. 7

¶ Utrū incātatio ſerpentiū ⁊ aialiū ſit licita. R. ꝙ ſi in incātationibus ſerpētiū ⁊ ſiſium habeaẽ reſpectus tātū ad ſacra verba ⁊ ad virtutē diuinā: nō eſt illicitū. Sed qꝛ vt plurimū fiunt illicite obſeruātie circa tales incātatiōes: ⁊ p demones ſortiunẽ effectū: iō reprobanẽ. 8

¶ Utrū carminatrices ⁊ carminatores q carmināt ifirmos aut pueros peccent mortaliter R. ſi nihil ſupſtitioſum dicūt aut docēt aut faciūt: ſed tātū vtunẽ licitis precibus ⁊ adiurationibus: ſicut p paſſionē ⁊ crucē ⁊ ſimilia non eſt peccatum: ſed nō debent conſuli niſi diſcretis perſonis vel religioſis: qꝛ cōmuniter ſuperſtitiones imiſcent. 9

¶ Quid de illis q dicūt miſſam de mortuis p viuis vt morianẽ. R. ꝙ peccāt mortalr̄. xxvi. q. v. quicūq;. Et idem dic de exuētibus altaria aut operiētibus imagines ſcōꝝ: vt in. d. c. quicūq;. Silr̄ de dicentibus pſalmos aliqs ad h. 10

¶ Utrū colligētes aliqs herbas vanas obſeruationes faciētes peccēt mortaliter. R. ꝙ ſic: ſi ſciētes ſupſtitioſum eſſe faciūt: vt pȝ. xxvi. q. v c. non liceat. ⁊. q. vi. non liceat. 11

¶ Quid de obſeruationibus vanoꝝ ad precognoſcenda infortunia ⁊ hmōi. R. ꝙ oia phibita ſunt: qꝛ ſunt ſigna ex vanitate hoium coopeṙāte diabolo. Nā cum in hmōi a principio aliquid veri euenit a caſu inceperūt hoies animū in his applicare. Et iō diabolus multa facit euenire in talibus. vt hoies curioſiores fiāt in talibus ⁊ laqueis erroꝝ implicentur: vt dicit Aug. pmo de doc. xpiana. ⁊ no. in. c. ſciendum. xxvi. q. iiij. 12

13 ¶ Utrū ſciēs maleficiū poſſit ſine pctō illud ſol-
uere. R. Petrus aureo. in. iiij. di. xxxiiij. q. ij. ꝙ
per aliud maleficiū fieri nō pōt ſine pctō infi-
delitatis. Si tñ qs eſſet actu diſpoſitus ad faci-
endū maleficiū pōt aliquis vti eo: qꝛ lꝫ malo al-
terius vti ad bonū ſuū ſicut dicit Aug. de iura-
mento infidelis iurantis in noīe dei ſui. Uñ lꝫ
quis nō poſſit inducere aliquē ad aliqđ male-
ficiū faciendū. tñ ſi eſt aliquis diſpoſitus actu-
aliter facere aliqđ maleficiū vt aliud deſtruat
poſſum illo vti ad bonū meū. Poteſt ēt tolli ꝑ
deſtructiōꝫ maleficij ſi ſcit: qꝛ eo deſtructo de-
mon nō amplius fatigaret: qꝛ ex pacto nō aſſi-
